mihi non ignotum. Heidelbergæ 16. Novembris Stylo Ju-
liano. Anno salutis reparatæ 1600.

4.) D. Amando Polano D. Pareus S. P.

Salutem. Nos verò rabiem Hunij nihil moramur nec blasphe-
mias Philippicas. Nam deus Calvinistarum quem blasphemat,
facilè se nobis tuebitur nec digni sunt isti coaxatores, quos a-
liter quàm silentio vindicemus, nunc præsertim, cùm ipsi adeò
bellè sesum confligant. Alastor ille Hunerus Spiræ ad huc fo-
vetur, pecuniâ, ut ajunt, senatus & causidicorum: ita istos de-
mentavit suavitate suæ universalitatis: & vellent, si bene au-
derent per vicinum Charitinum, ei Cathedram committere.
Interim sua venena instillat Pastoribus, imò his dicitur præ-
festus, ut eos ad docendum instruat. Vide judicia istorum
apud quos juris sedes est. Sed habeant sanè colubrum in sinu:
sentient aliquando properâ ~~..~~ cà se tenere scorpium. Fi-
lium meum Philippum nondum misi. Herevam quia præ-
ter causas alias etiam lues consilium meum intercepit: quod
etiam nunc usque ad reditum illustrissimi nostri mihi vide-
tur differendum. Vale ~~frater~~ vir clarissime & frater a-
mantissime. Heidelbergæ 19 Maij. 1597